Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gefördert durch DFG Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Hase, Johann Friedrich

[Bremen], 1749-02-28

VD18 91018528

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-86

urn:nbn:de:gbv:46:1-181416

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Artificioſiſſima humani corporis fabrica, in quâ adornandâ Supremi Opificis ſapientia theſauros ſuos luculentiſſimè explicuit, uti ingenioſiſſima opera, quæ mortalium ars atque induſtria conſtruere valet, longiſſimo poſt ſe intervallo relinquit, ita ſummæ ſimul fragilitatis viviſſimum inſtar præbet. Nihil quidem admirabilius eſt hac machina, quæ ex innumerâ minutiſſimarum, molliſſimarúmque primùm, partium multitudine concreta, pedetentim ſolidatur, oſſiúmque tandem interno robore firmata, & muſculorum carnoſis proceſſibus tubulorúmque membranaceorum, mille anfractibus partes omnes perrerrantium, flexilibus ductibus veſtita, tum verò diverſis cutis generibus intecta cernitur. Nihil motu illo ad ſtuporem usque prodigioſius, quo humores per canales ſuos, ipſam ſæpe oculorum aciem exilitate fugientes, circumacti, continuo in ſolida impetu, horúmque renitente vi in ſingulis partibus functiones exterunt, & delato ad easdem nutrimento illos reficiunt, aut ſuperflua atque inutilia expellunt; ſicque ſine ullâ intermiſſione dies noctésque in corpus agentes, illud tamen plurium annorum ſpatio incolume atque vegetum conſervant, cùm firmiſſimæ duriſſimáque materiâ conſtructæ machinæ, breviſſimo temporis decurſu atterantur, & ad ulteriorem uſum ineptæ reddantur. Quisquis hæc apud animum ſuum ritè reputat, næ! is ubique anſam inveniet, cum divino Vate exclamandi: *Celebro te, quòd tremendis modis mirabiliter factus ſum.* Pſalm CXXXIX. 14. Quò ſolicitiùs in ea inquirunt medicæ artis periti, eò plura indies detegunt, anterioribus quondam ignorata, ſed & eò plura quoque ſibimet ipſis adhuc impervia deprehendunt. Verùm ipſa hæc mirifica corporis ſtructura, illud creberrimis graviſſimisque periculis exponit. Quò partes ejus ſunt tenuiores, eò faciliùs à cauſis tam externis quàm internis læduntur. Quo anguſtiores ſubtilioréſque ductus, tantò faciliùs rumpuntur, obſtruuntur, aut ultrà quàm par eſt relaxantur, variisque generis incommodis via ſternitur. Pendet ſæpe ſanitas ipſáque vita à tenuiſſimis fibris, ut ſtrenuiſſimus Atheiſmi debellator B. NIEUWENTYT in *recto uſu contempl. mundi*, *contempl.* VI. egregiè oſtendit. Ipſe perpetuus fluidorum in ſolida impetus, non tantùm eorum æquilibrium, in quo ſanitas conſiſtit, tandem tollit, ſed & uti fluiditas humorum nimia, ita & tenacitas, uti celerior quàm par eſt motus, ita & tardior, corpori fatalis eſt. Quicquid fluxum ſpirituum ab origine medullæ cerebri per ejus nervos, horúmque aut liquidi arterioſi in muſculos, impedit, *apoplexiam*, *paralyſin*, & ſimilia mala gignit. Quòd ſi humores ſanguinei in externis vaſculis, irritato ſimul corde, ſtagnant, crebra *febrium* excitatur cohors: ſi idem ſero in externis vaſis contingat, aut hoc iſta rumpat, aut vaſa à cavitatibus reducentia obſtruat, ut liquida nec exhalare, nec reſorberi queant, oritur, celeritérque, ni maturè illi occurratur, *creſcit indulgens ſibi dirus* HYDROPS; *nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi fugerit venis, & aquoſus albo corpore languor*, ut *lyrici carminis Princeps* canit Lib. II. Od. II. Sic eadem illa corporis noſtri conſtructio, quæ tot inperveſtigabilis ſapientiæ argumenta præbet, ejusdem infirmitatem quàm clariſſimè prodit. Verè idcircò rectéque PLINIUS H. N. Lib. VII cap. VII. ſub finem ait: *Is demum profectò vitam æquâ lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* Mederi quidem his malis quærunt Machaoniæ artis cultores, verùm haud rarò eâ omni, non ſolùm aliis nullam opem ferre poſſunt, ſed & ipſi morborum violentiæ ſuccumbere coguntur. Ineptus foret, qui id in artis mortalibus utiliſſimæ, aut eorum qui illam exercent, contumeliam traheret, nec ſtolidè hic ſecundùm literam, quàm optimo Servatori in emblemate exprobraretur illud, Luc. IV. 23. Ἰατρέ, θεράπευσον σεαυτόν *Medice, cura te ipſum.* Deus eſt, à quo vita æquè ac mors pendet: qui uti mortalium fata, ita & dies in libro ſuo ſcripſit, antequam eorum unus exiſtit. Pſ. CXXXIX. 16. Conceſſit providum Numen mortalibus ſaluberrimæ artis beneficium, ut eos quamdiu ſibi viſum eſſet, aptis mediis in vitâ conſervaret, ægriſve levamen adferret, non ut eos ab immutabili mortis lege, quæ omnibus ſcripta eſt, liberaret. Non abs re hæc animum noſtrum hoc tempore ſubiere cogitationes. Comprobavit ſuo, quæ diſſeruimus, exemplo, cujus hodiè efferendum venit funus, *Vir Nobiliſſimus* atque *Expertiſſimus* JOHANNES FRIDERICUS DE HASE, *Medicinæ Doctor*, & *in hac urbe noſtrâ per plures annos Practicus digniſſimus.* Editus is in lucem erat *Pyrmonti*, loco, comitatûs *Waldeccenſis*, medicati fontis gloriâ celeberrimo, a. d. XXII. Jul. A. cIↄIↄccxiii, *viro plurimum Reverendo atque Doctiſſimo*, DANIELE DE HASE, *cætûs Cappelenſis in comitatu Dethmoldâ Lippiaco Paſtore meritiſſimo*, *fideliſſimo*, *Patre*, & *Nobiliſſimâ*, *quavisque fœminei ſexus laude digniſſimâ Matre*, HIBBELIA à CAPPELN. *Paternum genus* ornant omni encomio major, *Avus*, *Vir Summè Venerandus*, *longéque Celeberrimus*, CORNELIUS DE HASE. SS. *Th. Doctor & in Ill. hoc Lyceo Profeſſor*, *totiúsque non minus Collegii*, *quàm admodum Reverendi Miniſterii Senior*, *ad æd. primùm D. Mart. dein D. Virg. V. D. M. Primarius facundiſſimus.* *Avia*, *Nobiliſſima & cum aliis inſignibus dotibus*, *tum maſculâ inprimis pietate*, *celebratiſſima Matrona*, SARA WOLTERA. *Proavus*, T. T. JOHANNES DANIEL DE HASE, *Francofurti propter Mœnum negotiator honeſtiſſimus cœtusque reformati Bockenhemenſis Senior.* *Proavia*, T. T. SUSANNA DE BOMMERT, T. T. SEGERI DE BOMMERT, & T. T. SARÆ GOMARÆ ex Celeberrimâ *Wachmannorum* atque *Gomarorum* gente, filia. *Abavus*, T. T. DANIEL DE HASE, *Magnarius Antverpienſis* optimi nominis, qui reformatorum ſacrorum amore patriam urbem cum *Hanovienſium Neapoli* commutavit, illicque primùm *Senatoris* mox *Conſulis* munere ſtrenuè defunctus eſt. *Abavia*, T. T. ANNA DE NEUFVILLE, T. T. SEBASTIANI DE NEUFVILLE & T. T. CATHARINÆ COCHIÆ filia, quæ eandem ſimul mutationem religionis cauſâ ſubiit. *Atavus*, T. T. JOHANNES DE HASE, *urbi Antverpienſi ab ærario.* *Atavia*, JOHANNA DE VOSS; quorum epitaphia, illic in æde D. Andreæ ad Siniſtram chori (ut vocant) ambitum chalco inciſa, in hunc diem extant. *Materni ſtemmatis* decora ſunt, *Avus*, *Vir Nobiliſſimus*, *Experientiſſimus* atque *Clariſſimus* JOHANNES FRIDERICUS à CAPPELN, *Medic. Doctor & Prof. Ord.* hujusque facultatis æquè univerſi Collegii *Senior*, *Practicus feliciſſimus*, urbisque *Phyſicus* itidem *Senior meritiſſimus.* *Avia*, *Nobiliſſima atque Celebratiſſima Matrona*, ADELHEIDA ALERSIA. *Proavus*, *Vir* [illegible] *Magnificus*, *Nobiliſſ. atque Conſultiſſ.* HENRICUS à CAPPELN, Jureconſultus eminentiſſimus, urbisque patriæ Conſul, nec non Scholarcha, graviſſimis meritis inclutus. *Proavia*, *Nobiliſſima atque honoratiſſima Matrona* METTA HOYERA, T. T. *Magnifici Conſulis*, *Scholarchæ & Eccleſiarum agri Bremenſis Viſitatoris vigilantiſſimi*, DIDERICI HOYERI filia. *Abavus*, T. T. HENRICUS à CAPPELN, *ICtus* ex præcipuis. Archiepiſcopo primùm Bremenſi *à conſiliis*, mox *Præfectus Neuenhauſanus & Præpoſitus Newoldenſis*, tandemque urbis hujus [illegible] & Eccleſiarum territorii ejus *Viſitator.* *Abavia*, T. T. ILSA BRINCKIA, T. T. WILHELMI VON DEM BRINCK *ICTi excellentiſſimi & urbis Dortmundæ Syndici*, filia, quæ genus à *Schorlemmis*, *Hudeniis*, *Borckeniis*, *Rhadeniis*, *Griepelingeniis*, *Prundeniis*, aliisque inter majores noſtros clariſſimis nominibus, ducebat. *Atavus* T. T. *Didericus à Cappeln* JCtus inclutus, & Reip. Senator. *Atavia*, T. T. REBECCA NEVEU, T. T. HENRICO NEVEU, Patricio & T. T. GARBRECHTA SEGEBADEN prognata. Amiſerat defunctus jam in ipſa infantia, quarto ætatis anno, optimum parentem, verùm hanc jacturam abundè penſabat fideliſſima mater, educationi ejus non ſolùm ipſa ſedulò invigilans, ſed & aptiſſimis quibusque magiſtris ejus inſtitutionem committens. Hinc, poſt cariſſimi conjugis fata, patrios lares repetens, eum maturè in ludum publicum miſit, quo cum laude peragrato, A. cIↄIↄccxxx. Ill. Gymnaſii civibus adſcriptus eſt. Sic novo ardore ſe literis omne genus tradidit, uſus opera *Virorum Celeberrimorum*, in *elegantioribus* JOH. HAVIGHORSTII, in *mathematicis* HENRICI LOMMII, in *Phyſicis & Medicis* LUDOLPHI HENRICI RUNGII, nec non in poſterioribus, HERMANNI HUNEKENII, THEODORI HERMANNI TISSOT & ARNOLDI MEIERI, quorum nonnulli in hunc diem usque Illuſtre Lyceum noſtrum ornant. A. cIↄIↄccxxxvii. patriis valedicens Muſis, *Leidam*, inclutum illud omnis, maximè autem Scientiæ Medicæ, emporium adiit, ubi ſub ævi noſtri Æſculapio, quem nulla unquam viderunt ſecula, HERMANNO BOERHAVE, aliisque immortalis famæ viris, hanc inprimis artem ſummo ſtudio porrò excoluit. Hinc *Gottingæ*, ſub ſuæ non tantùm Helvetiæ, hujusve Academiæ, ſed totius literarî orbis præcipuo decore, HALLERO, ejusque digniſſimo & noſtris laudibus majore collega, RICHTERO, cujus & hoſpitio atque menſâ uti, ipſi, non ſine ſummo fructu, licuit, academicis laboribus colophonem impoſuit; tum verò inſtituto per plures Germaniæ regiones itinere, Francofurtum concedens, habitâ illic feliciter, ſub præſidio *Clariſſ.* à BERGEN, *Diſſertatione inaugurali*, *exgitata quædam de inflammatione ſanguineâ ex principiis anatomicis & mechanicis deducta* complectente, a. d. XVIII. April. A. cIↄIↄccxlii ſummos in medicinâ honores dignè capeſſivit. Redux inde, eodem adhuc anno, in hanc urbem, quam non immeritò pro patriâ ſua reputare poterat, praxin exercebat, paratus omnibus, qui opem ſuam expoſcerent, doctrinæ ſuæ theſauris inſerviendi, nec minus ſingulari humanitate, vitâque ad honeſtatem compoſita, ſemet omnibus, cum quibus verſabatur, cariſſimum acceptiſſimumque reddens. Applicandus jam erat animus ad nuptias, ſtatúsque domeſticus erigendus. Percellebant eum in finem animum ejus rariſſimæ dotes *Nobiliſſimæ omnibúsque ſexus ſui decoribus ornatiſſimæ Virginis*, MARIÆ HUNEKENIÆ, *Nobiliſſimi* atque *Conſultiſſimi Viri*, HENRICI HUNEKENII, *Judicii ſuperioris Secretarii Senioris Spectatiſſimi* & T. T. *Nobiliſſimæ* HESTERÆ ANNÆ VON DEN HONARD Filiæ natu minoris. Hanc igitur ambiens A. cIↄIↄccxlvii. d. 15. Aug. optimis auſpiciis domum duxit. Concordi admodum hoc matrimonio nihil ad felicitatem defuit, niſi quod & hactenus improles & minus diuturnum eſſet. Licèt enim valetudine ſic ſatis commodâ firmâque frui videretur, crebris tamen rheumatiſmis impetebatur, & inprimis præteritâ æſtate pedes tumore infeſtabantur, qui ſub initium quidem, adhibitis idoneis remediis, cedere videbatur, at mox, inſtar aquæ intercutis, novas recipiebat vires, ſeque per totum corpus diffundebat, donec ſub anni hujus auſpicium difficilior tuſſis, cum aſthmate, accederet, quibus ſomnus ſæpius pellebatur & vires magis magisque proſternebantur. Sic tandem, fruſtra adhibitis medicaminibus, quinto, ex quo decubuerat, die, ſcilicet, adſtante cariſſimâ conjuge, nunc mœſtiſſima Vidua, quam conſolationis fons atque pater potenter erigat! inter ardentiſſimas preces, compoſitâ mente, ultimo elapſi menſis Februarii die, inter horam pomeridianam 1. & 2. annos natus XXXV. cum 7. menſibus & 6. diebus, placidè vitam cum morte commutavit. Excipiet hodie tumulus in æde D. Martini, quod in ipſo mortale erat, in diem magnum adventûs Domini aſſervandum. Tu, Lector, diſce, nullam adverſus mortis vim artem valere, niſi hanc ſolam, quâ, per fidem, apud verum Iſraëlis medicum, qui morte ſua morti venenum & inferno peſtis exſtitit, remedium quæritur. V. P. P. Bremæ d. 4. Martii A. cIↄIↄCCXLIX.

1749. Q 5
86.

RECTOR & P

ILLUSTRIS SCH

LECT

Artificioſiſſima humani corporis fabrica, in quâ
ſimè explicuit, uti ingenioſiſſima opera, quæ mortalium ars atque
diſſimum inſtar præbet. Nihil quidem admirabilius eſt hac mach
pedetentim ſolidatur, oſſiúmque tandem interno robore firmata, &
pererrantium, flexibilibus ductibus veſtita, tum verò diverſis cutis
les ſuos, ipſam ſæpe oculorum aciem exilitate fugientes, circumacti
ad eaſdem nutrimento illas reficiunt, aut ſuperflua atque inutilia ex
rum ſpatio incolume atque vegetum conſervant, cùm firmiſſimæ duriſſimáque materiâ con
Quisquis hæc apud animum ſuum ritè reputat, næ! is ubique anſam inveniet, cum divino V
ſolicitiùs in ea inquirunt medicæ artis periti, eò plura indies detegunt, anterioribus quon
mirifica corporis ſtructura, illud creberrimis graviſſimíſque periculis exponit. Quò partes
lioréſque ductus, tantò faciliùs rumpuntur, obſtruuntur, aut ultrà quàm par eſt relaxantur,
mus Atheismi debellator B. NIEUWENTYT in *recto uſu contempl. mundi*, *contempl.* VI.
quo ſanitas conſiſtit, tandem tollit, ſed & uti fluiditas humorum nimia, ita & tenacitas,
ab origine medullæ cerebri per ejus nervos, horúmque aut liquidi arterioſi in muſculos,
irritato ſimul corde, ſtagnant, crebra *febrium* excitatur cohors: ſi idem ſero in extenſis
lare, nec reſorberi queant, oritur, celeritérque, nì maturè illi occurratur, *creſcit indulgens*
ut *lyrici carminis Princeps* canit Lib. II. Od. II. Sic eadem illa corporis noſtri conſtructio,
dit. Verè idcircò rectéque PLINIUS H. N. Lib. VII cap. VII. ſub finem ait: *Is demum*
malis quærunt Machaoniæ artis cultores, verùm haud raró eâ omni, non ſolùm aliis nullam
in artis mortalibus utiliſſimæ, aut eorum qui illam exercent, contumeliam traheret, nec ſtoli
Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν *Medice, cura te ipſum.* Deus eſt, à quo vita æquè ac mors pen
CXXXIX. 16. Conceſſit providum Numen mortalibus ſaluberrimæ artis beneficium,
ab immutabili mortis lege, quæ omnibus ſcripta eſt, liberaret. Non abs re hæ animum
hodiè efferendum venit funus, *Vir Nobiliſſimus* atque *Expertiſſimus* JOHANNES FRID
Editus is in lucem erat *Pyrmonti*, loco, comitatûs *Waldeccenſis*, medicati fontis gloriâ celeb
DE HASE, *cœtûs Cappelenſis in comitatu Dethmoldâ Lippiaco Paſtore meritiſſimo*, fidiſſimo
Paternum genus ornant omni encomio major, *Avus*, *Vir Summè Venerandus*, *longéque Cel*
minus Collegii, *quàm admodum Reverendi Miniſterii Senior*, *ad æd. primùm D. Mart.* dein D.
masculâ inprimis pietate, *celebratiſſima Matrona*, SARA WOLTERA. *Proavus*, T. T.
reformati Bockenbemenſis Senior. *Proavia*, T. T. SUSANNA DE BOMMERT, T. T.
marorum gente, filia. *Abavus*, T. T. DANIEL DE HASE, *Magnarius Antwerpienſis*
commutavit, illicque primùm *Senatoris* mox *Conſulis* munere ſtrenue defunctus eſt.
COCHLÆ filia, quæ eandem ſimul mutationem religionis cauſâ ſubiit. *Atavus*, T. T. J
epithaphia, illic in æde D. Andreæ ad Siniſtram chori (ut vocant) aurichalco inciſa, in hunc diem
HANNES FRIDERICUS à CAPPELN, *Medic. Doctor & Prof. Ord.* hujúſque facultatis
Avia, *Nobiliſſima atque Celebratiſſima Matrona*, ADELHEIDA ALERSIA. *Proavus*, *Vir*
nentiſſimus, urbisque patriæ Conſul, nec non Scholarcha, graviſſimis meritis inclutus.
Scholarchæ & Eccleſiarum agri Bremenſis Viſitatoris vigilantiſſimi, DIDERICI HOYERI filia
à conſiliis, mox *Præfectus Neuenhauſanus* & *Præpoſitus Neowoldenſis*, tandemque urbis
HELMI VON DEM BRINCK *ICTi excellentiſſimi & urbis Dortmundæ Syndici*, filia, quæ genus à
ſimis nominibus, ducebat. *Atavus* T. T. *Didericus à Cappeln* JCtus inclutus, & Reip. Senator.
GEBADEN prognata. Amiſerat defunctus jam in ipſa infantia, quarto ætatis anno, optimum paren
ſed & aptiſſimis quibusque magiſtris ejus inſtitutionem committens. Hinc, poſt cariſſimi conjug
Ill. Gymnaſii civibus adſcriptus eſt. Sic novo ardore ſe literis omne genus tradidit, uſus opera
in *Phyſicis* & *Medicis* LUDOLPHI HENRICI RUNGII, nec non in poſterioribus, HERMANNI
diem usque Illuſtre Lyceum noſtrum ornant. A. cIↃIↃCCXXXVII. patriis valedicens Muſis, *Leidam*,
quem nulla unquam tacebunt ſecula, HERMANNO BOERHAVE, aliisque immortalis famæ
hujúſve Academiæ, ſed totius literati orbis præcipuo decore, HALLERO, ejusque digniſſimo &
licuit, academicis laboribus colophonem impoſuit; tum verò inſtituto per plures Germaniæ re
inaugurali, *cogitata quædam de inflammatione ſanguineâ ex principiis anatomicis & mechanicis*
inde, eodem adhuc anno, in hanc urbem, quam non immeritò pro patriâ ſuâ reputare poterat,
ſingulari humanitate, vitâque ad honeſtatem compoſitâ, ſemet omnibus, cum quibus verſabatur,
Percellebant eum in finem animum ejus rariſſimæ dotes *Nobiliſſimæ omnibúſque ſexus ſui decoribus*
Judicii ſuperioris Secretarii Senioris Spectatiſſimi & T. T. *Nobiliſſimæ* HESTERÆ ANNÆ VON DEN
duxit. Concordi admodum huic matrimonio nihil ad felicitatem defuit, niſi quod & hactenus im
men rheumatismis impetebatur, & inprimis præteritâ æſtate pedes tumore infeſtabantur, qui ſub
bat vires, ſeque per totum corpus diffundebat, donec ſub anni hujus auſpicium difficilior tuſſis,
dem, fruſtra adhibitis medicaminibus, quinto, ex quo decubuerat, die, ſubitò, adſtante cariſſima
compoſitâ mente, ultimo elapſi menſis Februarii die, inter horam pomeridianam 1. & 2. annos
D. Martini, quod in ipſo mortale erat, in diem magnum adventûs Domini aſſervandum. Tu, Le
dicum, qui morte ſua morti venenum & inferno peſtis extitit, remedium quæritur. V. P. P. Brem

ROFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
ORI S.

rnandâ Supremi Opificis ſapientia theſauros ſuos luculentis-
ria conſtruere valet, longiſſimo poſt ſe intervallo relinquit, ita ſummæ ſimul fragilitatis vivi-
quæ ex innumerâ minutiſſimarum, molliſſimarúmque primùm, partium multitudine concreta,
lorum carnoſis proceſſibus tubulorúmque membranaceorum, mille anfractibus partes omnes
ibus intecta cernitur. Nihil motu illo ad ſtuporem usque prodigioſius, quo humores per cana-
tinuo in ſolida impetu, horúmque renitente vi in ſingulis partibus functiones exſerunt, & delato
t; ſicque ſine ullâ intermiſſione dies noctésque in corpus agentes, illud tamen plurium anno-
æ machinæ, breviſſimo temporis decurſu atterantur, & ad ulteriorem uſum ineptæ reddantur.
clamandi: *Celebro te, quòd tremendis modis mirabiliter factus ſum.* Pſalm CXXXIX. 14. Quò
ignorata, ſed & eò plura quoque ſi..imet ipſis adhuc impervia deprehendunt. Verùm ipſa hæc
unt tenuiores, eò faciliùs à cauſis tam externis quàm internis læduntur. Quo anguſtiores ſubti-
egeneris incommodis via ſternitur. Pendet ſæpe ſanitas ipſáque vita à tenuiſſimis fibris, ut ſtrenuiſſi-
giè oſtendit. Ipſe perpetuus fluidorum in ſolida impetus, non tantùm eorum æquilibrium, in
celerior quàm par eſt motus, ita & tardior, corpori fatalis eſt. Quicquid fluxum ſpirituum
, *apoplexiam*, *paralyſin*, & ſimilia mala gignit. Quòd ſi humores ſanguinei in externis vaſculis,
ontingat, aut hoc illa rumpat, aut vaſa à cavitatibus reducentia obſtruat, ut liquida nec exha-
dirus HYDROPS; *nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi fugerit venis, & aquoſus albo corpore languor,*
tot inperveſtigabilis ſapientiæ argumenta præbet, ejusdem infirmitatem quàm clariſſimè pro-
vitam æquâ lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Mederi quidem his
m ferre poſſunt, ſed & ipſi morborum violentiæ ſuccumbere coguntur. Ineptus foret, qui id
his ſecundùm literam, quàm optimo Servatori in emblemate exprobraretur illud, Luc. IV. 23.
: qui uti mortalium fata, ita & dies in libro ſuo ſcripſit, antequam eorum unus exſtitit. Pſ.
uamdiu ſibi viſum eſſet, aptis mediis in vitâ conſervaret, ægrisve levamen adferret, non ut eos
m hoc tempore ſubiere cogitationes. Comprobavit ſuo, quæ diſſeruimus, exemplo, cujus
CUS DE HASE, *Medicinæ Doctor*, & *in hac urbe noſtrâ per plures annos Practicus digniſſimus.*
no, a. d. XXII. Jul. A. cIↃIↃCCXIII, *viro plurimùm Reverendo atque Doctiſſimo*, DANIELE
tre, & Nobiliſſimâ, quavisque fœminei ſexûs laude digniſſimâ Matre, HIBBELIA à CAPPELN.
rimus, CORNELIUS DE HASE, *SS. Th. Doctor & in Ill. hoc Lyceo Profeſſor, totiúsque non*
g. V. D. M. Primarius fœcundiſſimus. Avia, Nobiliſſima & cùm aliis inſignibus dotibus, tum
ANNES DANIEL DE HASE, *Francofurti propter Moenum negotiator honeſtiſſimus coetusque*
RI DE BOMMERT, & T. T. SARÆ GOMARÆ ex Celeberrimâ *Wachmannorum* atque *Go-*
ni nominis, qui repurgatorum ſacrorum amore patriam urbem cum *Hanovienſium Neapoli*
T. ANNA DE NEUFVILLE, T. T. SEBASTIANI DE NEUFVILLE & T. T. CATHARINÆ
NNES DE HASE, *urbi Antwerpienſi ab ærario. Atavia*, JOHANNA DE VOSS; quorum
untur. *Materni ſtemmatis* decora ſunt, *Avus, Vir Nobiliſſimus, Experientiſſimus* atque *Clariſſimus* JO-
c univerſi Collegii *Senior*, *Practicus feliciſſimus*, urbisque *Phyſicus* itidem *Senior meritiſſimus.*
quam Magnificus, Nobiliſſ. atque Conſultiſſ. HENRICUS à CAPPELN, Jureconſultus emi-
a, Nobiliſſima atque honoratiſſima Matrona METTA HOYERA, T. T. *Magnifici Conſulis*,
Abavus, T. T. HENRICUS à CAPPELN, *ICtus* ex præcipuis, Archiepiſcopo primùm Bremenſi
enator & Eccleſiarum territorii ejus *Viſitator*. *Abavia*, T. T. ILSA BRINCKIA, T. T. WIL-
iis, *Hudeniis*, *Borckeniis*, *Rhadeniis*, *Gröpelingeniis*, *Prundenějis*, aliisque inter majores noſtros claris-
, T. T. REBECCA NEVEU, T. T. HENRICO NEVEU, Patricio & T. T. GARBRECHTA SE-
verùm hanc jacturam abundè penſabat fidiſſima mater, educationi ejus non ſolùm ipſa ſedulò invigilans,
patrios lares repetens, eum maturè in ludum publicum miſit, quo cum laude peragrato, A. cIↃIↃCCXXX.
um Celeberrimorum, in *elegantioribus* JOH. HAVIGHORSTII, in *mathematicis* HENRICI LOMMII,
NEKENII, THEODORI HERMANNI TISSOT & ARNOLDI MEIERI, quorum nonnulli in hunc
ſſimum illud omnis, maximè autem Scientiæ Medicæ, emporium adiit, ubi ſub ævi noſtri Æſculapio,
hanc inprimis artem ſummo ſtudio porrò exercuit. Hinc *Gottingæ*, ſub ſuæ non tantùm Helvetiæ,
laudibus majore collega, RICHTERO, cujus & hoſpitio atque menſâ uti, ipſi, non ſine ſummo fructu,
itinere, Francofurtum concedens, habitâ illic feliciter, ſub præſidio *Clariſſ.* à BERGEN, *Diſſertatione*
complectente, a. d. XVIII. April. A. cIↃIↃCCXLI. ſummos in medicinâ honores dignè capeſſivit. Redux
tradebat, paratus omnibus, qui opem ſuam expoſcerent, doctrinæ ſuæ theſauris inſerviendi, nec minus
m acceptiſſimumque reddens. Applicandus jam erat animus ad nuptias, ſtatúsque domeſticus erigendus.
mæ Virginis, MARIÆ HUNEKENIÆ, *Nobiliſſimi* atque *Conſultiſſimi Viri*, HENRICI HUNEKENII,
NARD Filiæ natu minoris. Hanc igitur ambiens A. cIↃIↃCCXLVII. d. 15. Aug. optimis auſpiciis domum
& minus diuturnum eſſet. Licèt enim valetudine ſic ſatis commodâ firmáque frui videretur, crebris ta-
m quidem, adhibitis idoneis remediis, cedere videbatur, at mox, inſtar aquæ intercutis, novas recipie-
aſthmate, accederet, quibus ſomnus ſæpius pellebatur & vires magis magisque proſternebantur. Sic tan-
, nunc moeſtiſſima Viduâ, quam conſolationis fons atque pater potenter erigat! inter ardentiſſimas preces,
XV. cum 7. menſibus & 6. diebus, placidè vitam cum morte commutavit. Excipiet hodie tumulus in æde
diſce, nullam adverſus mortis vim artem valere, niſi hanc ſolam, quâ, per fidem, apud verum Iſraëlis me-
d. 5. Martii A. cIↃIↃCCXLIX.